



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad Perfectionem per Exercitia Spiritualia

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

II. De Paradiso.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

ri est; laborat deinde pro DEO, nullam sui
honoris aut commodorum, in quantum sua
rationem habet; facit ut DEUS etiam in san-
ctis suis honoretur.

III. PUNCTUM. Anima Sancta nobiles à
DEO favores experitur, dum inimici Divinâ
gratiâ coërcentur, dum illustratur superna-
litate lumine, dum à corporis necessitatibus ex-
ceditur, dum singularem Divinæ Matris Pro-
tectionem obtinet, & magnam cum Sanctis
familiaritatem, dum instruitur, quæ-
ritur, in Divinâ Providentiâ consilia.
Colloquium cum Redemptore meo fiet, ro-
gabo Ipsum, ut gratiam mihi largiatur, quâ
possineam hos favores, quos ille gloriosis me-
ritis suis mihi à Patre comparavit.

Decima quinta Veritas.

applicata in Meditatione de Paradiso.

Conversatio mea in Cælis erit.

Ejusdem rationis est hypothesis hæc cum su-
perius allatâ: & par ideo utrimque est necessi-
tudo consequentiæ, cum eidem fundamento in-
struuntur.

I. PUNCTUM. Statum Beatorum in Cælo
applicat. Anima verò, abjectis ex animo omni-
um

um rerum terrenarum sordidis amoribus perquam capax est, excellenti quodam modo hanc Cœlitum felicitatem intelligendi, ac idcirco altissimè de illa sentit, & cum de eadem frequentissimè etiam cogitet, merito dicitur Conversationem suam habere in Cœlo, cum illic tota & mente & affectu sit.

II. PUNCTUM. Activas animæ cum DEI actiones exhibet, quibus Beatorum in Cœlo vitam imitatur, & meretur dici, habere conversationem suam in Cœlo, cum Beatorum felicitatis Patriæ cives imitatur.

III. PUNCTUM. Passivas Animæ cum DEI uniones proponit, quibus Divina Bonitas quam veluti promissidem promissæ felicitatis indulget animæ: ob has uniones merito promeretur dicitur habere conversationem suam in Cœlo, cum ita DEUM, & favores illos, Cœlestium amicis DEI proprios jam possideat, quasi terra illic jam esset, quò pergit.

Meditatio.

De Paradiso.

Oratio præparatoria.

I. PRÆLUDIUM. Ponam me in conspectu DEI & omnium Sanctorum, qui à facie altissimi illum contemplantur.

II. P. 1.

II. PRÆLUDIUM. Gratiam flagitabo, quâ
intelligam, quanta sit Sanctorum felicitas, &
nam propè ad illam religiosæ piorum homi-
mentes in hac etiam vita accedant. Gra-
tam item postulabo, quâ ita mihi met moriar,
ut deinceps omnis conversatio mea in Cœlis

I. PUNCTUM.

Beatitudo Sanctorum.

Consideranda.

Cum beatitudo hominis in clara Divinæ es-
sentia visione consistat, illam in Cœlo obtine-
re, intellectum scilicet hunc in finem collu-
trare lumine gloriæ, cujus beneficio DEUM,
in se est, ita videbit, quomodo DEUS intuetur
se ipsum, quamvis cum dispari intuitionis
perfectione. Videbit igitur felix anima Essen-
tiam Unitatem, Personarum Trinitatem, infini-
tam Sapientiam, Potentiam sine limite, im-
mensam Bonitatem. Intelliget amorem, quo
DEUS ipsam, & omnes electos suos ab aeterno
complexus est, & aeternum deinceps comple-
bitur: agnoscat Divinorum Imperiorum
bonitatem, consiliorum sapientiam, & crea-
turarum gradatim Divinas perfectiones parti-
cipantium excellentiam.

O o

Hæc

Hæc porrò Beatitudo cujusque gratiæ com-
mensa erit, & ita animæ capacitatem implebit,
ut in corpus etiam redundatura sit, integrè illi
omnibus animi motibus subiiciens, & nobil-
lissimis ornans donibus impassibilitatis, clarita-
tis, subtilitatis, agilitatis.

Præter hanc corporis & animæ gloriæ, pec-
uliaris etiam homini felicitas accedet, et
cundissima Christi Salvatoris societate, in
quo loqui & intelligere, vicissimque redde-
re poterit amoris sincerissimi significationes. Gaude-
bit insuper ex aspectu & amicitia Divinorū
S. Josephi, omniumque sanctorum angelo-
rum & hominum, quibus æternum com-
municabit, & in veneratione perpetua.

Affectus.

1. Laudare infinitam Dei Bonitatem, quod
dignatus sit creaturæ suæ claram Divinæ Felicitatis
visionem, ex qua Ipse infinite felix est, & gaudere.
2. Gratiarum Redemptori nostro agere, quod
quod tam caro nobis pretio infinitam hanc
beatitudinem dignatus sit comparare, ad com-
muni illorum perpetuam utilitatem, qui pro
religiosè vellent vivere. 3. Contemnerè
omnia hujus vitæ bona. 4. Aspirare ad
natas opes. 5. Veniam rogare desideria, quæ
missi in quærendis & procurandis hisce bonis
6. Gratiarum

Gratiam petere, studiosius, quæ æterna sunt,
posterum sectandi.

II. P U N C T U M.

Religiosa mens per activas cum DEO
Uniones Beatorum Vitam
imitatur.

Consideranda.

Anima terrestri affectu omni spoliata, Bea-
torum vitam multis in actionibus; imitatur, per
quas in DEUM elevata Ei se conjungit, motui
& inspirationibus Divini Spiritus obsecuta:
Quantum enim potest; de DEO semper cogi-
tat, altissimè de DEO sentit, ex toto corde suo
illum diligit, plenè eidem subdita est, desiderat
cum illo esse, ut amet & serviat perfectius. Fre-
quenter & de Redemptore nostro cogitat, tum
quod Ejus Majestatem, tum quod vitæ myste-
ria secum recolat. Hunc adorat, & amat
perfectissimè, & gratias pro omnibus, quæ pos-
sedit, agit, certa nimirum, nihil in suis rebus bo-
ni se habere, quod hujus beneficæ manui non
debeat. Nunquam igitur Dilecti sui memori-
am, quoad fas est, ex animo dimittit, & idcirco
gaudet in Ecclesiis commorari, ubi Sacrosan-
ctum Sacramentum asservatur, tota est in Re-
dem

O o z dems

demptoris sui obsequiis, tota in eo, ut quibus
 plurimi Eundem agnoscant, & venerentur.
 Sape insuper in recolendis, & honorandis Beatis-
 tissimæ DEI Matris perfectionibus versatur.
 multum studiosa, ut à plurimis cognoscatur &
 ametur, multum sacris adibus Virgineo Illius
 Nomini consecratis recreatur. Denique illius
 neum omnibus sanctis. Cœli Civibus honoribus
 defert, delectatur eorum laudibus, & quæ
 totum terrarum orbem illis deferuntur, obsequiis.

Affectus.

1. Laudare & magnificare cœlestes has
 mi occupationes præ omni alio negotio, &
 siderare, ut iisdem & mea mens distineatur.
 que à DEO Optimo Maximo summis precibus
 flagitare. 4. Statuere, omnem operam impendere,
 ut ad eas præparemur, & incumbamus
 pro Divinæ gratiæ nobis communicandæ
 turâ.

III. PUNCTUM.

Religiosa mens etiam per sui cum Deo
 Uniones passivas vitam Beatorum
 imitatur.

Consideranda.

Sunt Divini favores aliqui nobiles quidem

illi, & Beatorum in Cœlo felicitati utcunque si-
miles, quos anima liberè in se non producit, sed
liberali solùm Conditoris sui manu recipit.
Tales sunt: Deus ita se hujusmodi mentibus vi-
dendum exhibet, ut cognitiones tam excellentes
suprema Majestate humana mens neque na-
turæ viribus, neque fidei adminiculo possit eli-
cere. Facit insuper, amoris actibus tam excelsis
eadem animas in Deum ferri, quales liberè alio-
quin, etiam charitatis habitu adjuvante, nunquã
producerent. Tam præstantem rerum ad naturã
& gratiam pertinentium notitiã illis impertit
quã, præstante neq; Fidei beneficiõ sibi compa-
rent. Corpus illarũ aliquando parũ à gloriosis
sanctorũ corporibus differre facit, reddens illud
impassibile, clarum, subtile, & agile. Frequen-
ter & consortiõ & visione illas recreat tum
Sanctissimæ Humanitatis Christi, tum Divi-
tæ Matris, S. Josephi, Sanctorum angelo-
rum & hominum præsentia, quibus cum
omnibus incredibili quadam ratione familia-
rem facit felicem animam, & Cœlestium ejus-
modi Personarum singulari favore, & innocen-
tibus blanditiis gaudere. Atque ita quemad-
modum homo in Patria non vivit, nisi quan-
tùm Deus eum animat, animam & corpus inex-
plicabili ratione implendo; ita in hac etiam

Unitiva vita non vivit, nisi DEO, cui & corpus
& animam ex integro impendit.

Affectus.

I. Admiratio, quam tanta Bonitas mereatur, tam erga imbecillem creaturam, à quo non rarò graviter offensa est, liberalis. 2. Delectari, quidquid tantæ Bonitati displicet. 3. Nolle servire omnibus obsequiis dignissimæ Majestati. 4. Desiderium adeò felicitatis vitæ, quæ tam accepta est, & ab Eodem tantis favoribus ornatur.

Colloquium fiet cum Christo Salvatore nostro, cujus ob merita, & amorem æternis meritis tam sublimes gratias largiri solet mentibus quæ Ipsum diligunt; Hunc ergo Redemptorem nostrum precabor, ut efficacibus nostris auxiliis juvet, ut ad omnia, quæ pro salute, & honore nostro, amantissima DEI Voluntas desiderat, aptos nos, atque capaces faciamus.

Compendium Meditationis

De Paradiso.

Oratio præparatoria.

I. PRÆLUDIUM. In Cælo mihi videbor
se cum omnibus Beatis, facie ad faciem DEUM
intuentibus.

II. Præ

II. PRÆLUDIUM. Gratiam rogabo, cogno-
scendi, quàm similem Beatis vitam agant san-
ctiores animæ, meque ad similem vivendi nor-
mam componendi.

I. PUNCTUM. Essentialis Beatitudo in Cœlis
consistit in clara Divinæ Essentiæ, & ineffabili-
um Ejus Perfectionum intuitione. Sed & cor-
pore novas hinc perfectiones & decora induit.
Auget felicitatem denique societas & amicitia
felicissima Redemptoris nostri, Virginæ Ma-
tris, & reliquorum Cœlitum.

II. PUNCTUM. Anima ab omni vitiorum
sorde expurgata conjungit sese cum DEO suo,
per affectus quasi nunquam interruptos erga
infinitam Ejus Bonitatem, erga Humanitatem
Sanctissimam Redemptoris, erga Beatissimam
Ejus Matrem, S. Josephum & omnes Sanctos;
nihil illi jucundius est, quàm servitij ipsis aliquid
præstare, vel de Eorundem excellentia co-
gitare.

III. PUNCTUM. Unitur eadem hominis Re-
ligiosi anima cum DEO suo, per sublimes
quasdam illustrationes, per actus amoris in-
comparabilis, quibus Deus ad Majestatem su-
am infinitam, ad Christum Redemptorem, ad
Beatissimam Ejus Matrem, ad totam Cœlestem
Curiam adorandam & diligendam invitat, per
fin.

singularem itidem familiaritatem, quâ ipsa
cum rebus omnibus ad æternam Patriam perti-
nentibus conjungit, & per ipsam etiam compati-
ris, quam aliquando indulgere solet, gloriam

Colloquium fiet: rogando Benignissimum
Salvatorem nostrum, ut efficacibus auxiliis
adjuvet, ut ad ea, quæ amantissimus Deus
ster nobis desiderat, bona constanter nos
namus.

*Ad Meditationem de amore DEI
hominibus Spiritualibus proprio.*

Ita nuncupari potest ultima illa contem-
platio, quam S. Ignacius institui voluit, ad ex-
tandum in nobis spiritualem amorem, hoc est
ad comparandam DEUM perfectè diligendâ
tionem.

Quamvis enim omnis DEI amor
ritualis sit, utpote actus ab anima elicitus,
proprius Voluntatis, quæ, cum spiritualis
potentia, non nisi spirituales producit actus.
iste tamen, de quo modò sermo erit, peculiaris
quodam jure *Spiritualis amor* dicitur; utpote
qui talis sit, ut non inveniatur facile, nisi in
hominibus planè spiritualibus, hoc est, omni-
vitæ suæ rationes secundùm Divini Spiritus
instinctus instituentibus.